IAC. RÆVARDI I. C.

VARIORVM, SIVE DE IVRIS AMBIGVITATIBVS LIBRI QVINQVE.

AVREA

HVBERTAS SAECLI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA PALATINA

BRVGIS FLANDRORVM,
Excudebat Hubertus Goltzius.
M. D. LXIIII.

CLARISSIMO ERVDITISSIMOQVE IOACHIMO HOPPERO, CONSILIARIO, AC ſupplicum libellorum in regia magiſtro, IACOBVS RÆVARDVS S. D.

NE te diutius promiſſi ante biennium muneris expectatione ſuſpenſum teneam, & vt fidem ſimul apud te meam liberem, Hoppere clariſſime, his ego temporibus nihil antiquius habui, quàm vt quinque Variorũ libros, quos ſtudioſis omnibus & vſui & delectationi futuros confido, propenſo fidelique animo ad te mitterem. Si de tua voluntate dubitarem, multis hoc munus ornarem verbis, vt animum tuum, quem in me beneuolum eſſe & ſpero, & audio, etiam atq; etiam confirmarem: ſed profectò eſt ita vt mihi perſuaſi, me meoſq; ingenij fœtus acceptos tibi gratoſque fore. Quamobrem mihi gratiſſimum feceris, ſi tibi perſuaſeris, nullo aut loco aut tempore, exiguum meum ſtudium tuis præclaris laudibus & amplitudini in aliquo officij genere defuturum. in

IAC. RÆVARDI I. C.

VARIORVM, SIVE DE IVRIS AMBIGVITATIBVS LIBER PRIMVS.

Quænam à Iuriſconſultis tradita ſit iuris partitio.

CAPVT PRIMVM.

QVVM DE ÆQVO ET INIQVO diſſeritur, æquitatis loci bipartitò cernuntur, inquit Cicero, natura & inſtituto. Naturam Iuriſconſulti ſic acceperunt, vt eius interpretationem eſſe duplicem contenderint: vnam quidem humano generi ſecum belluis ipſis communem, alteram verò ſolis hominibus propriam. duplici enim homines natura indutos eſſe, ſcribit eleganter Connanus: vna, qua Deo aſſimilatur: altera, ſecundùm quam dicitur maſculus & femina. Humanitas enim inter extrema duo quaſi media ſita eſt, ſcilicet inter diuinam incorpoream que, & inter ſenſitiuam brutorumque naturam: ac vtriuſq; hominem eſſe participem, in Geneſin ſcribit Procopius. Et quia vtraque iuris quadam functione eſt prædita, hinc etiã factum eſt vt duplex ſit iuris naturalis interpretatio: ſic nimirum

BRVGIS FLAND.
EX OFFICINA HVBERTI GOLTZII. ANNO CIↃ. IↃ. LXIV.
POSTR. CAL. DECEMB.